



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Prudentia & fortitudo. 166

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

modestis: hoc contumacibus oportu-  
 num ratus: cum neutris ta-  
 men non amanter. Et si autem in-  
 primis socios sibi cupiebat, quos  
 in vtrumq; liberos iuxta pronos-  
 que haberet: dabat tamen ope-  
 ram, vt explorato eorum inge-  
 nio, id aliis aliisque imperaret,  
 quò spontè animi propemodum  
 ferebantur: gnarus, difficile in  
 paucis esse, quicquid reluctanti-  
 bus animis tentaretur: nec vio-  
 lenta ad senium peruenire. Sed  
 nimirum longa, supra quàm me-  
 morari possit, oratione sit opus,  
 ad hanc optimi parètis virtutem  
 germanè depingendam: quando  
 & cetera hoc genus ornamenta  
 sic vnus omnia habuit, vt si singu-  
 lis studuisset: itaque singulis per-  
 fectè claruit, vt palmam virtus  
 alteri altera dubiã fecerit. 166 Nã  
 & prudentia quædam singularis,  
 ac pænè diuina, in legibus Socie-  
 tati

tar  
 ni  
 reb  
 cù  
 ar  
 cu  
 ine  
 ne  
 ba  
 cia  
 leb  
 inc  
 tar  
 da  
 do  
 ren  
 ret  
 16  
 dib  
 ne  
 ne  
 op  
 pr  
 pr



tati ferendis emicuit : & suam animus fortitudinem duabus in rebus præcipuè ostendit ; siue cum aduersa superare , siue cum arduis interritus niteretur occurrere. 167 Iam humanitas illi inerat ea, qua plerosque sibi omnes, & vel hostes suos obstringebat ; fractaque illorum peruicacia, quo quemque vellet, impellebat. 168 Si qua etiã laudabiliter incepisset, nullis difficultatibus tardari se sinebat, quin perfecta daret : Solitus eum in finem modos sedulo ac prospicienter quærere, quibus negotium expediret : atq; inuentis constanter vti. 169 Fiducia aduersus Deũ incredibile erectus, nunquam aliam, neque in carcere defensionem, neque ærumnis circumuentus, opem sollicitabat. Inde inter supremæ egestatis iniurias, cum præsertim sociis alendis omnia

H s

defie-